

MELLÉKLETEK.

1356—1430.

1.

I356. Buda, március 6. Lajos király megerősíti a pozsonyi polgárok vámmentességét.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis, vniuersis prelatis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibusque et alijs cuiusvis statutis et pertinencie hominibus super fluvio Danubij de Civitate Posoniensi usque Vyssegrad tributa habentibus, et tributarijs eorumdem nunc constitutis et in futurum constituendis, Salutem et graciam. Cum nos fideles Ciues et hospites nostros Posonienses confinia regni nostri tuentes iuxta formam libertatum eorumdem, per Illustrem principem quondam dominum Karolum olym Inclitum Regem Hungarum genitorem nostrum Karissimum, et eciam per nos efficacissimorum literalium Instrumentorum, ex vigore ipsis gracie concessarum, ab omni prorsus solucione tributaria de uinis et frugibus eorum de jadet Civitate nostra versus Vyssegrad deferendis facienda, semper et in euum autoritate regia de prelatorum et Baronum nostrorum consilio prematuro commiserimus fore liberos et exemptos, Ideo volumus et fidelitati vestre ac quorumlibet vestrorum firmissimo regio sub edicto precipiendo damus in mandatis, quatenus, quantumcunque et quo cienscunque predicti fideles Ciues et hospites nostri vel aliqui ex eisdem, cum predictis vinis et frugibus eorum ad loca tributorum vestrorum peruererint, extunc, ipsos, cum eisdem vinis ipsorum et frugibus absque omni tributo admittatis libere pertransire. Si qui vero ex uobis temerario inductus errore huius modi precepta nostra transgrediendo et statuta nostra insurgendo, aliquam nauem predictorum Civium et hospitum nostrorum, cum vinis et frugibus honeratam, occasione alicuius tributi impedire vel arrestare acceptauerit, extunc talis contumax teneatur in Curia nostra in conspectu nostre maiestatis comparare racionem transgressionis mandati nostri legalis propria cum (igy!) persona redditurus. Datum Bude In dominica Esto michi Anno dni Millesimo CCCmo Lmo Sexto.

Pozsonyv. lev tár Lad. €. 11. g.

Bőrhártyán, a király nagy pecsétjével, a mely jelenleg letörött. A hátlapon a XV. század első feléből származó jegyzet: Tenor huius hoc est, quod posonienses non tenentur dare tributum de vinis et frugibus versus Budam transeundo.

2.

1357. Visegrád, szeptember 21. Lajos király Wolfurdi Konrád mesternek, óvári comesnek megtiltja, hogy a pozsonyi polgároktól vámot szedjen.

Lodouicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis magistro Conrado de Wolfurd, Comiti de Owar eiusque vicesgerentibus et Tributariis quibus presentes ostenduntur Salutem et graciam. Ex querimoniiali insinuacione Ciuium et Hospitum nostrorum posoniensium percepimus, quod licet ipsi, quarumdam litterarum quondam domini Caroli Regis predecessoris nostri karissimi et nostrarum confirmatoriarum ex uigoribus a solucione Tributi super [fluvio]¹⁾ Danubio persoluendi, de rebus et bonis ipsorum soluere non teneantur, sed ab huiusmodi tributi solucione exempti penitus habeantur, tamen vos dictum tributum contra ipsorum libertatem exigere incompassibiliter ab eisdem, omni sine lege, vnde cum nos dictos Ciues nostros in eorum prestatibus libertatibus pacifice velimus conseruare, Ideo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus amodo et deinceps a prefatis Ciibus et hospitibus nostris, necnon rebus et bonis eorumdem, prout in eorum Instrumentis videbitis contineri, nullum Tributum, nullamque Tributariam exaccionem petere recipere et exigere vel exigi facere, quoquis imo presumpmatis; videlicet eosdem cum ipsorum rebus propriis de locis Tributorum vestrorum libere et absque Tributaria exactione transire et abire permittatis Saluis eorum rebus et personis, Secus intuitum nostre gracie non facturi Datum in Vyssegrád tertio die festi beati Mathei apostoli et ewangeliste Anno domini Mo CCCo Lo septimo.

Pv. lt. Lad. 6—11 (a). Pergamen, a király nagy pecsétjével.

3.

1357. Pozsony, deczember 23. A pozsonyi káptalan Lajos királynak Visegrádon 1357. deczember 6-án kelt parancsára Hédervári Miklós mestert és Hédervári István özvegyét 1358. január 13. napjára törvénybe idézi.

(Belül.) Excellentissimo principi domino Lodouico dei gracia Regi Hungarie Illustri domino suo plurimum metuendo, Capitulum ecclesie Posoniensis Oracionum suffragia deuotarum. Litteris vestre sublimitatis pro [magistro Jakus] Judice et vniuersis civibus de Posonio euocatoriis, receptis honore que decuit in hec verba: *Lodouicus dei gracia Rex*

¹⁾ törölve.

Hungarie fidelibus suis, Capitulo Posoniensi Salutem et graciam. Dicit nobis et domine Regine genitrici nostre Carissime, Jakus Judex Ciuitatis nostre Posoniensis in sua et universorum Ciuium nostrorum (nomine) de eadem personis, quod ipsi huiusmodi libertatem haberent, ut de vinis ipsorum et Alijs victualibus, de ipsa Ciuitate Posoniensi versus. Curiam nostram ad vendendum, vel pro alia causa deferendis nullum tributum dare tenerentur, nunc vero magister Nicolaus filius Nicolai de Hedruhuara, et nobilis domina relicta Stephani filij Nicolai, in villa *Badač*, de ipsis eorum victualibus hue portandis contra ipsam libertatem eorum tributum facerent exigi. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestram mittatis hominem pro testimonio fidedignum quo presente Johannes filius Conth de Zop, vel Georgius de Gutur, aut Petrus de Abun alijs absentibus homo noster Euocan(te)s predictos magistrum Nicolaum et nobilem dominam relictam Stephani contra prefatos Ciues nostros ad nostram presenciam Ad octavas festi Epiphanie domini nunc venturas¹⁾ rationem de premissis reddituros Et posthoc diem et locum ipsius euocationis noticiam euocatorum cum testimonio assignato nobis fideliter rescribatis Datum im Wyssegrad in festo beati Nicolai confessoris Anno domini Mo CCCo Lmo septimō.²⁾ Nos igitur vestre excellencie precepitis et mandatis obedire cupientes ut tenemur, cum praefato Georgio de Gutur, homine vestro, nostrum hominem videlicet magistrum Laurentium socium et conCanonicum nostrum ad ipsam evocationem faciendam pro testimonio transmisimus fidedignum, Qui quidem Georgius homo vestre maiestatis ad nos rediens sub eiusdem hominis nostri testimonio retulit in hunc modum, quod ipse feria tertia ante festum beati Thome apostoli nunc preteritum³⁾ in possessione *Radiann* accessisset et ubi magistrum Nicolaum filium Nicolai de eadem et nobilem dominam relictam Stephani filij Nicolai quemlibet eorum in sua porcione contra prenotatos Ciues vestros de Posonio ad vestram presenciam ad octauas Epiphaniarum domini nunc venturas euocasset, rationem de premissis reddituros. Datum in uigilia nativitatis domini Anno eiusdem ut spr.

(Kivül.) Excellentissimo principi domino Lodovico dei gracia Regi hungarie domino suo pro Iudici et universis Ciuibus de Posonio contra magistrum Nicolaum filium Nicolai et nobilem dominam relictam Stephani de Hedrehuara ad octauas festi Epiphaniarum domini nunc venturas Euocatoria.

Pv. Lt. Lad 6—70. Pergament a pozsonyi káptalan pecsétjével.

1) 1358. jan. 13.

2) 1357. decz. 6.

3) decz. 19.

4.

I359. Visegrád, junius 28. Wyllerinus egri prépost és királyi kanczellár tanusítványa, hogy a pozsonyi tanács letette az esküt arra nézve, hogy a pozsonyi polgárok 1323—1334. között Komáromban vámot nem fizettek.

Nos Wyllerinus prepositus Ecclesie Agriensis, Comes Capelle et Decretarius Cancellarius domini Lodouici dei gracia Regis Hungarie Memorie commendantes tenore presencium Significamus quibus expedit vniuersis: Quod cum juxta continenciam priorum litterarum nostrarum modum et formam compositionis declarancium feria tercia proxima post dominicam Judica proxime iam preteritam,¹⁾ Bebe filius Petri de Woyka pro Jakus Judice Juratis et vniuersis Ciuibus seu hospitibus de Ciuitate Posoniensi cum litteris procuratoriis eorumdem ex una, Item Petrus filius Pauli de Leel pro Nicolao filio Donch de Kamarun cum litteris procuratoriis Reuerendi viri domini Lad. electi confirmati ecclesie Wesprimiensis, quondam Comitis Capelle regie et pro Stephano filio Stephani filij eiusdem Donch vt asseruissent in etate tenera constitucio absque litteris procuratoriis cuius onus in facto infrascripto, idem Petrus procuris ipsius Nicolai vigore dictarum litterarum procuratoriarum in ipsum Nicolaum dominum suum assumpsisset, parte ex altera coram nobis comparentes, eo modo confessi fuissent, vt prelati et regni Barones inter partes, tali modo arbitrati extitissent, quod predictus Jakus Judex et duodecim Jurati de dicta Ciuitate Posoniensi, secundo die festi sancte Trinitatis proxime iam preteriti²⁾ in Capitulo ecclesie Jauriensis, contra ipsum Nicolaum filium Donch et predictum Stephanum filium Stephani sacramentum prestare tenerentur, Super eo quod dum predictum castrum Kamarun inter annum domini Millesimo CCCo XXo tertio et Annum eiusdem domini Mo CCCo XXXo quarto, quo predictum castrum per dominum Karolum felicis memorie quondam regem Hungarie predicto Donch fuisse collatum et apud manus regias extitisset per spaciū vndeclī annorum Judex Jurati et vniuersi Ciues seu hospites dictae Ciuitatis Posoniensis in Kamarun tributum non persoluissent, sed in priuilegiata libertate ipsorum ipsos conseruassent, qui si ipsa sacramenta deponerent, tunc ipsi et eorum successores a solucionē dicti tributi in perpetuum fierent expediti, eo modo vt nullo unquam tempore ipsi et eorum successores aliquid tributum in dicta Kamarun soluere tenerentur, sed ab ipsius solucionē penitus et pro omnia, Juxta eorum priuilegiatam libertatem excepti et exempti haberentur. Et post hec partes seriem ipsius Jura-

¹⁾ 1359. április 3.

²⁾ 1359. junius 17.

menti nobis octauo die deposicionis eiusdem¹⁾ in litteris dicti Capituli Jauriensis reportare debuissent, tandem ipso octauo die reportacionis seriei premissi Juramenti adueniente Johannes filius Chynka in personis predictorum Jakus Judicis Juratorum et vniuersorum Ciuium seu hospitum perdicte Ciuitatis Posoniensis cum procuratoriis litteris eorumdem ad nostram accedens presenciam litteras iamdicti Capituli ecclesie Jauriensis nobis presentauit, In quarum tenoribus reperimus expresse contineri, quod predicto secundo die festi sancte Trinitatis, predictus Jakus Judex et Jenslinus frater eiusdem, filij Nicolai, filii Jacobi, Martinus et Paulus filij Jacobi, memorati, Verentus dictus segul,²⁾ Ruegerius dictus Polch, Jacobus filius Rychardi, Stephanus dictus de Supronio, Jacobus filius Petri dictus Morcholf, Martinus dictus kyunonof,³⁾ Albertus dictus Feuel, Henricus et Jeklinus Jurati Ciues dicte Ciuitatis Posoniensis coram ipso Capitulo Jaurensi personaliter comparentes astantibus procuratoribus predictorum Nicolai filij Donch, et Stephani filij Stephani, et ipsum Juramentum audientibus Juxta Prelatorum et regni Baronum arbitrium ac dictarum litterarum nostrarum composicionalium continenciam et procuratorum partium premissarum spontaneam obligationem, ad quam dicti procuratores partium partes predictas vigore dictarum litterarum procuris voluntate obligarant eorum Juramenta deposuissent et debuissent, Super eo quod dum predictum Castrum Kamarum intra annum domini Millesimo CCCo XXo tercio et Annum eiusdem domini Millesimo CCCo XXXo quarto, quo predictum Castrum per dominum Karolum felicis memorie quondam regem Hungarie prefato Donch fuisse collatum et apud manus regias extitisset per spacium vndeclim annorum Judex Jurati et vniuersi Ciues seu hospites memorare Ciuitatis Posoniensis in Kamarun tributum non persoluissent sed in priuilegiata libertate ipsorum ipsos conseruassent. In cuius quidem Juramenti deposicionis testimonio ac dictae libertatis prefate Ciuitatis conseruacionis vberiorem ad cautelam, presentes dictus Johannes procuris dictorum Jakus Judicis Juratorum vniuersorumque Ciuium et hospitum Ciuitatis antedictae, eisdem Judicii Juratis et vniuersis Ciuibus seu hospitibus a nobis dari postulauit, quas eisdem concessimus commissum Jure suadente pendentii sigillo regio quo racione honoris nostri predicti scilicet Comitatus Capelle regie utuntur roboratas. Datum In Wyssegrad duodecimo die reportationis seriei Juramenti antedicti Anno Domini Millesimo CCCmo Lmo Nono.

Pv. lt. Lad. 6—28. Börháryán, rajta vörös selyemzsinóron I. Lajos kisebb pecsétje.

¹⁾ 1359. június 24.

²⁾ azaz Vogel

³⁾ kyrchenknopf

1359. Visegrád julius 3. Miklós ország bíró ítélete a komáromi vámpérben.

Nos Comes Nicolaus filius Vgrini Judex Curié serenissimi principis domini Lodouici dei gracia Incliti Regis Hungarie, Memorie commendantes significamus tenore presencium quibus expedit vniversis: Quod cum Coines Jakus Judex et Jurati Ciues ac vniuersi hospites de Posonio, magistrum Nicolaum filium Donch de Kamaron. Juxta continenciam litterarum Capituli eclesie Posoniensis Citatoriarum, per forman legitimam Citationis prout per litteras magnifici Comitis Nicolai de Zeech, pridem Judicis Curie Regie informabamur, ad octauas festi beati Regis Stephani, in Anno domini Mmo CCCmo quinquagesimo octayo preteritas¹⁾ in regiam presenciam contra se initam attraxissent, Ipsisque octauis festi beati Regis Stephani occurrentibus, dum Johannes filius Alexandri Cononicus predicte ecclesie Posoniensis, pro eisdem Judice Juratis, Ciubus ac hospitibus de Posonio, cum procuratoriis litteris eorumdem, ad ipsius Comitis Nicolai de Zeech veniendo presenciam, contra ipsum Magistrum Nicolaum filium Dónoch, in figura sui Judicij in facto indebite exactioñis cuiusdam Tributi, in dicta Kamaron exigere consueti, agere voluisse, Petrus filius Pauli de Leel, pro eodem magistro Nicolao filio Dónoch, cum procuratoriis litteris Comitis Capelle Regie exurgendo, predictum Tributum eidem magistro Nicolao filio Donch, cum Stephanó filio Stephani filij eiusdem Donch communiter pertinere, et eundem magistrum Nicolaum, absque personali interessencia eiusdem Stephani filij Stephani, in facto ipsius Tributi respondere non posse allegasset, Albertus vero filius Johannis ibidem in presencia ipsius Comitis Nicolai comparendo, pro eodem Stephanó filio Stephani, ad easdem octauas festi beati Regis Stephani ratione premissorum per eosdem Judicem Juratos et Ciues de Posonio citato, litteras predicti domini nostri Regis graciosas maiori sigillo suo Regio consignatas, Auno domini Mm CCCmo quinquagesimo quinto confectas, in quibus ipse Dominus noster Rex, inter ceteros Judices et Justiciarios Regni sui, ipsi Comiti Nicolao firmo edicto Regio precipiendo mandasset, quatenus predictum Stephanum filium Stephani in nullis causis, exceptis solummodo causis tempore patris sui iniciatis et nouis occupationibus possessionariis ac Iniurijs sub considerancia earumdem litterarum quibuspiam per eundem infendis, donec ipse legitimam perueniret ad etatem, Judicare, vel suo iudicatu astare compellere presumpmeret, exhibuisset et quia de etate eiusdem

1) 1358. augusztus 27.

Stephani, ipsi Comiti Nicolao, veritas non constitisset, Ideo dictam causam ipse Comes Nicolaus, ad octauas festi beati Martini confessoris proxime tunc venturas¹⁾ duxisset prorogandam eo modo, vt idem Stephanus filius Stephani, personaliter coram ipso comparare teneretur, vt tunc visa sui étate inter ipsas partes Judicium et Justiciam facere valeret, prout requereret ordo Juris. Denique ipsis octauis festi beati Martini aduentibus, Jóhannes filius Cherke, pro predictis Comite Jakus Judice, et Juratis Ciubus ac vniuersis hospitibus de Posonio cum procuratoriis litteris eorumdem, Juxta continenciam earumdem litterarum Comitis Nicolai prorogatoriarum, ad ipsius Comitis Nicolai de Zeech accedendo presenciam, contra prenotatum Nicolaum filium Donch et Stephanum filium Stephani filij eiusdem Donch de Kamaron in figura sui Judicij proposuisset talimodo, quod prefati magister Nicolaus et Stephanus filius Stephani in Tributo eorum, in dicta Kamaron exigere consueto, a rebus et bonis predictorum Judicis, Juratorum et Ciuium Posoniensium Tributum exigenter et exigi ficerent; cum tamén ipsi Judex, Jurati et Ciues Posonienses, Juxta formam gracie libertatis ipsorum, de bonis et rebus corum, in Wissegrad deferendis, nullum Tributum dare tenerentur. Quo audito predictus Stephanus filius Stephani personaliter, et pro eodem magistro Nicolao Petrus filius Pauli cum procuratoriis litteris Comitis Capelle Regie exurgendo, allegasset eomodo, quod ipsi super facto predicti Tributi ipsorum, in predicta possessione Kamaron exigere consueti effieacia haberent Instrumenta, que in termino vltiori, per predictum Comitem Nicolaum ipsis legitime assignando, coram ipso exhibere prompti essent (?) et parati, vnde ipse Comes Nicolaus, preceptis premissis, vna cum Baronibus et Nobilibus regni in Judicio cum eisdem assidentibus commisisset iudicando, quod predicti magister Nicolaus filius Dónoch et Stephanus filius Stephani vniuersa eorum Instrumenta, si qua super facto predicti Tributi eorum haberent confecta, contra ipsos Judicem Juratos, et Ciues Posonienses super facto perdite libertatis eorum similiiter Instrumenta sua si qua haberent producere debentes, in octauis festi Epiphaniarum domini tunc venturis,²⁾ coram ipso exhibere tenerentur, quibus visis Judicium et Justiciam facere valeret inter partes ordine Juri obseruato. Ipsi itaque octauis festi Epiphaniarum Domini occurrentibus cum ipse Instrumentales exhibitiones, ab eisdem octauis festi Epiphaniarum Domini eoque ipso Comite Nicola de Zeech in Banatum Regnorum Croatiae et Dalmacie per predictum dominum nostrum Regem sublimato honor Judicatus predicte Curie Regie tunc vacasset. Juxta continenciam

1) 1358. november 18.

2) 1359. január 13.

litterarum Regalium prorogatoriарum, de parcium procuratorum voluntate ad diem mediouadragesime¹⁾ tunc venturum statu sub priori extitissent procelate, Tandem ipso die mediouadragesime occurrente, medioque tempore diuina fauente clemencia honore prescripti Judicatus Curie Regie, per Regiam benignitatem nobis dato et collato, cum eedem Instrumentales exhibiciores, ab ipso die medii quadragesime Juxta continenciam litterarum nostrarum prorogatoriарum, similiter de partium procuratorum voluntate, sub forma siende pacis, ad nunc instantas octauas festi Penthecostes,²⁾ fuissent prorogate. Denique ipsis octauis festi Penth. aduenientibus, predictus Johannes filius Chenke pro predictis Comite Jakus, Judice, Juratis et vniuersis Ciuiibus seu hospitibus de Ciuitate Posoniensi cum procuratoriis litteris eorumdem ab vna, Item annotatus Petrus filius Pauli de Leel, pro sepedieto magistro Nicolao filio Donch de Kamaron, cum procuratoriis litteris Comitis Capelle Regie, et pro prescripto Stephano filio Stephani, sine litteris procuratoriis, cuius tamen honus et grauamen in infrascripto facto, idem Petrus procuris ipsius magistri Nicolai, auctoritate dictarum litterarum procuratoriарum, in ipsum magistrum Nicolaum dominum suum assumpsit, parte ex altera ad nostram venientes presenciam, quasdam litteras priuilegiales discreti viri domini Wyllerini prepositi ecclesie Agriensis, Comitis Capelle et secretarij Cancellarij Domini nostri Regis, asserentes forma compositionis, super premissis inter ipsas partes facte, explicari in eisdem, hunc tenorem continentem, nobis curarunt exhibere: [Nos Wyllerinus etc. nono, lsd. 4. sz. a.] Quarumquidem litterarum exhibicionibus factis, et perfectis continencijs earumdem, cum nos annotatum procuratorem prelibati magistri Nicolai filij Donch super eo, vtinam ijdem magister Nicolaus, et Stephanus domini sui, premissam compositionem, Juxta predictarum litterarum priuilegialium Comitis Capelle Regie continenciam, inter ipsos et prescriptos Ciues de Posonio, imo perhabito, super dicto Tributo de Kamaron factam perpetuo velint obseruare, vel ne, vt nostro de Jure incumbit officio, legitime requisitum habuissemus, iamdictus procurator ipsius magistri Nicolai, auctoritate premissarum litterarum procuratoriарum, in eiusdem magistri Nicolai, et annotati Stephani dominorum suorum personis, eosdem dominos suos, premissam compositionem irreuocabiliter et irretractabiliter, iuxta seriem dictarum littellarum priuilegialium Comitis Capelle Regie compositionalem, plenarie ac in toto obseruare velle affirmans, eosdem Ciues ac Hospites Posonienses, Juxta priuilegiatum libertatem eorum a solucione dicti Tributi de Kamaron, in perpetuum.

¹⁾ 1359. március 27. Az írásmódra nézve v. ö. Knauz, Kortan 244. lap.

²⁾ 1359. junius 16.

exemptos commisit atque reddidit penitus atque exceptos hijs itaque peractis, petens nos procurator eorumden ciuum de Posonio prenotatus, vt ipsam compositionariam vniomē acceptare, ratificare, auctoritateque Judiciaria nostrarum litterarum priuilegialium patrocinio, ad perpetuam rei stabilitatem conseruare dignaremur. Nos igitur iuridicis eiusdem petitionibus favorabiliter inclinati, tenorem premissarum litterarum compositionalium de verbo ad verbum presentibus inseri facientes, annotatam compositionem inter partes predictas modo perhibito facta, acceptamus, approbamus Judiciariaque auctoritate, presencium litterarum nostrarum privilegialium patrocinio, perpetuo valere confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, presentes eisdem Ciuibus ac Hospitibus de Posonio concessimus litteras nostras priuilegiales, pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas. Datum in Wissegrad vigesimo secundo die octauarum festi Penth. predictarum, Anno Domini M^o CCC^o quinquagesimo nono.

Pv. It. Lad. 6—29. Bórhártyán, rajta rózsaszin-sárgás selymen függő kerek pecsét; jobbra ugró oroszlán feje fölött egy szintén jobbra tekintő, kardot tartó angyal; körülírása: * S COMITIS NJCOLAJ JVDJCJS CVRJE DNJ LODOVJCJ REGJS.

6.

I359. Visegrád, julius 20. Miklós országbiró a Héderváriakat a pozsonyi polgárok vámpörében 1359. augusztus 3-ára megidézi.

Nos Comes Nicolaus filius Vgrini Judex Curie domini Lodovici dei gracia Regis Hungarie damus presencia per Instrumentales exhibiciones, quas Judex Jurati ac vniuersi Cives et hospites de Posonio pro quibus Sebastianus litteratus cum litteris procuratoriis eorundem astitit, Item Johannes Georgius et Michael filij Stephani de Hedruhwar iuxta continenciam prefatarum litterarum nostrarum, in octanis festi nativitatis beati Johannis Baptiste,¹⁾ in facto eiusdam tributi contra se facere tenebantur coram nobis de Reginali speciali mandato ad sabbatum diem proximum post octauas festi beati Jacobi apostoli nunc proxime venturis²⁾ sine crastinatione statu in eodem in quo nunc extitit duximus prorogandam datum in Vissegrad vigesimo die termini prenotati Anno domini M^o CCC^o quinquagesimo Nono.

(Kivül) Pro Judice Juratis ac vniuersis Ciuibus et hospitibus de Posonio contra Johannem Georgium et Michaelem filios Stephani de

¹⁾ 1359. julius 1.

²⁾ 1359. augusztus 3.

Hedruhwár ad sabbatum diem proximum post [festum] octauas festi
beati Jacobi apostoli sine crastinacione pro

P. Blt. Lad. 6-13. i. — Pergament. Rajta sárga viaszkos pecsét e fölirással:
S. M. NICOL. . . JUDICIS-CURIE. REGI. . . t.

7. The following table shows the number of cases of smallpox reported in each State during the year 1802.

1360. Visegrád, október 20. Bubek István ország bíró ítéletileg meg-
erősíti a Héderváriaknak a pozsonyi káptalan előtt u. a év október
6-án tett nyilatkozatát, a melylyel azok a pozsonyi polgárok vámmentes-
séget elismerik.

Nos comes Stephanus Bubeck Judex Curie serenissimi principis Domini Lodouici dei gracia Incliti Regis Hungarie Memorie commendantes Tenore presencium significamus quibus expedit vniuersis: Quod Thomas filius Pauli pro Judice Juratis et vniuersis Ciuibus seu Hospitibus de Posonio, cum procuratoriis litteris eorumdem ab octauis festi Penthec. proxime preteritis decem et octo diebus¹⁾ continua contra magistrum Nicolaum filium Nicolai de Hedrehuar, Georgium Johannem et Mychaëlem filios Stephani de eadem, Comitatus Jauriensis legitime steterat in termino coram nobis, Qui iuxta continentiam litterarum Regalium dilatoriarum peremtoris suri non venerant nec miserant se mediantibus litteris nostris honeribus Judicialibus agrauiari permitendo. Dehinc prelibatus Thomas filius Paoli procuris prelibatorum Judicis Juratorum et vniuersorum Hospitum de Posonio Legitimus octo paria litterarum Comitis Nicolai Filij Vgrini pridem Judicis Curie Regie bone memorie proposicionalium prorogatoriarum et Judicialium, necnon Capituli ecclesie Posoniensis citatoris, In diversis terminis et annis emanatarum nostro Judiciariorum examini presentarat sua, serie inter cetera exprimencia. quod Beke de Vyola pro Judice Juratis vniuersis Ciuibus seu Hospitibus de Posonio cum procuratoriis litteris eorumdem iuxta continentiam litterarum Comitis Nicolai de Zeech quondam Judicis Curie Regie In die medij quadragesime²⁾ in Anno Domini M^{mo} CCC^{mo} quinquagesimo nono preterito, In figura Judicij prelibati Comitis Nicolai filij Vgrini comparendo proposuisset eomodo: quod predicti magister Nicolaus et filij Stephani in possessione eorum Bodak vocata Tributum exigi facerent a Ciuibus et Hospitibus de Posonio prenotatis, cum tamen ipsi Ciues et Hospites, huiusmodi a Regia benignitate beneficio libertatis congauderent, vt intra terminos Regni Hungarie in nullis locis tributum

1) 1360. junius 1-18.

²⁾ 1359. március 27.

aliquid dare tenerentur. Ideo ijdem Judex Jurati ac vniuersi Ciues et Hospites de eo vellent experiri qua de causa ipsum tributum super ipsos exigi facerent magister Nicolaus et filii Stephani prenotati. Quo auditio Albertus filius Johannis et Andreas litteratus pro eisdem magistro Nicolao, filio Nicolai et filijs Stephani de Hedrehuar cum procuratoriis litteris Comitis Capelle Regie et Capituli ecclesie Jauriensis exurgendo eosdem in facto premissi tributi Instrumenta efficacia habere, ac eadem non adtunc in termino vltiori per ipsum Comitem Nicolaum filium Vgrini ipsis dando exhibere posse affirmasset. Vnde idem Comes Nicolaus filius Vgrini hijs præceptis Judicans commisisset eomodo: vt annotati magister Nicolaus et filij Stephani de Hedrehuar vniuersa eorum Instrumenta siqua in facto prescripti tributi haberent confecta, in octauis festi Natiuitatis beati Johannis baptiste tunc venturis,¹ contra predictos Judicem Juratos Ciues et Hospites de Posonio similiter Instrumenta sua supereo producere debentes, quod tali libertate gratularentur, vt inter terminos Regni Hungarie in nullis locis tributum dare deberent, exhibere tenerentur coram ipso vt hijs visis Judicium et Justiciam facere valeret inter partes prout dictaret ordo Juris. A quibus quidem octauis festi Natiuitatis beati Johannis baptiste ipse Instrumentales exhibiciones infacto dicti tributi de Reginali speciali mandato ad sabbatum proximum post octanas festi beati Jacobi apostoli tunc venturas²) sine crastinacione extitissent procelate. Ad quem quidem sabbatum diem post festum beati Jacobi Apostoli prelibati magister Nicolaus et filij Stephani de Hedrehuar in presentiam ipsius Comitis Nicolai filij vgrini non venissent nec misissent, Judiciali honore se pertinentes inmodari. Demum prelibati Judex Jurati et vniuersi Hospites de Posonio accepto Stéphano filio Boden de Samud homine Regio et Johanne preposito testimonio predicti Capituli Posonyensis in vigilia festi beati Mychaeli Archangeli tunc elapsi³⁾ prelibatos magistrum Nicolaum filium Nicolai, Johannem, Georgium et Mychaelem filios Stephani in possessione *Gyuluez* alio nomine *Wyfalu* vocata quemlibet ipsorum in sua porcione contra se in Regiam presenciam ad octauas festi beati Martini confessoris tunc venturas⁴⁾ citari fecisset, Ad quasquidem octauas festi beati Martini confessoris nobiles annotati similiter in presenciam eiusdem Comitis Nicolai filii Vgrini venire vel aliquem pro se mittere non curassent, Judicorum molese continentes innodari. Quarumquidem omnium premissarum litterarum exhibicionibus factis et earum tenoribus reuisis prelibatus

¹⁾ 1359. juliüs 1.

²⁾ 1359. juliüs 27.

³⁾ 1359. szeptember 28.

⁴⁾ 1359. november 18.

Thomas filius Pauli procur(ator) eorumdem Judicis Juratorum et vniuersorum Hospitum de Posonio super premissis ex parte eorumdem magistri Nicolai et filiorum Stephani Judicium et Justicia a nobis ipsis Ciibus dari postularat. — Vnde quia nobis et Regni Baronibus nobiscum in Judicio assidentibus prelibati magister Nicolaus et filii Stephani de Hedrehuar ad exhibenda premissa eorum Instrumenta in facto premissi Tributi per prefatos procuros eorum ut premittitur exhibere assumpta necnon ad solucionem Judiciorum premissorum trium terminorum, contra ipsos Judicem Juratos et vniuersos Hospites de Posonio modo premisso similiter Instrumenta eorum producere debentes per hominem Regium sub annotati Capituli Posonyensis testimonio euocari debere tenebantur. Idcirco eidem Capitulo sribentes eorum amiciciam pecieramus reuerentes, quatenus, ipsorum mitterent hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Homo Regius infra declarandus prelibatos magistrum Nicolaum filium Nicolai et filios Stephani de Hedrehuar premissa litteralia eorum Instrumenta in facto dicti tributi exhibituros ac de premissis Judicijs trium terminorum nobis et partibus aduersis satisfacturos contra ipsos Judicem Juratos et vniuersos Ciues de Posonio in Regiam euocaret presenciam ad octauas festi beati Jacobi apostoli tunc venturas.¹⁾ Insinuando ibidem ut si venirent et prelibata eorum Instrumenta in facto dicti tributi exhiberent ac de dictis Judicijs premissorum trium terminorum nobis et partibus aduersis sutisfacerent, benequidem, alioquin non obstante ipsorum absencia finem debitum inponeremus in premissis ut dictaret ordo Juris. Et abhinc ipsius euocationis seriem cum nominibus euocatorum ad dictas octauas festi beati Jacobi Apostoli Domino nostro Regi fideliter rescriberet Capitulum Posonyense prenotatum, — Tandem ipsis octauis festi beati Jacobi Apostoli occurrentibus, Sebastianus litteratus in personis eorumdem Judicis Juratorum et Ciuium Posonyensium cum procuratoriis litteris eiusdem Ciuitatis in nostram accedendo presenciam, litteras prescripti Capituli Posonyensis super premissa euocatione Domino nostro Regi rescriptionales nobis presentarat. — In quarum tenoribus inter cetera per Johannem filium Kouchk de Zoph Hominem Regium et Paulum Chori ecclesiae eiusdem Capituli Posonyensis Clericum Hominem et testimonium eorum feria secunda proxima post festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum proxime preteritum²⁾ predictos magistrum Nicolaum filium Nicolai et filios Stephan de Hedrehuar Instrumenta eorum in facto dicti tributi de Bodak exhibituros, ac de ipsis Judicijs trium terminorum nobis et partibus aduersis.

¹⁾ 1360. augusztus 1.

²⁾ 1360. juliust 6. (Péter és Pál napja ez évben hétföre esett.)

satisfacturos contra prefatos Judicem Juratos et yniversos Ciues de Posonio in possessione eorum *Gyuluez* vocata ad iandomdictas octauas festi beati Jacobi apostoli iuxta premissam nostram Judiciariam commissionem modo omnino prenotato in Regiam presenciam euocatos extitisse reperieramus, manifeste. Quiquidem magister Nicolaus filius Nicolai ac Georgius Johannes et Mychaël filij Stephani venire vel aliquem pro se transmittere non curarant amplioribus Judiciorum honeribus se continentes agranari, Prefato Sebastiano litterato in personis eorumdem Judicis Juratorum et Ciuium cum dictis litteris procuratoriis eorumdem ab eisdem octauis festi beati Jacobi Apostoli viginti diebus continua coram nobis expectante, Petens idem procur(ator) eorumdem Judicis Juratorum et Ciuium ex parte pretactorum magistri Nicolai et filiorum Stephani de Hedrehuar Judicium per nos et Justiciam preberi in premissis. Et quia iuxta Regni consuetudinem antiquitus approbatam non aliisque cause solis citacionibus vel euocationibus valent diffiniri sed euocacionem consultiuam terne forenses sequi debent proclamaciones. Ideo Amiciciam predicti Capituli ecclesie Posoniensis litteratorie pecieramus diligenter, quatenus, ipsorum mitterent hominem pro testimonio fidedignum quo presente Georgius filius Johannis de Guthor, vel Johannes filius Gunch de Sep, aut Stephanus filius Bodolo de Samud alijs absentibus homo, Regius prescriptos magistrum Nicolaum filium Nicolai ac Georgium Johannem et Mych(a)elem filios Stephani de Hedrehuar ad exhibenda premissa litteralia eorum Instrumenta in facto tributi supradicti emanata, ac soluenda dicta Judicia quatuor terminorum contra ipsos Judicem Juratos et vniuersos Ciues de Posonio in tribus foris comprouincialibus ad quintumdecimum diem diei ipsius ultime proclamacionis¹⁾ in Regiam presenciam palam faceret proclamari. Insinuando ibidem vt si venirent et in facto dicti tributi prefata litteralia eorum exhiberent Instrumenta ac de premissis Judicialibus eorum grauaminibus nobis et partibus aduersis ut prefertur, satisfacerent, benequidem, alioquin non obstante ipsorum absencia finem debitum inponeremus in premissis prout dictaret ordo Juris. Et posthec ipsius terminus forensis proclamacionis seriem cum nominibus proclamatorum ad quintumdecimum diem ipsius ultime forensis proclamacionis vt fieret oportunum domino nostro Regi fideliter rescriberet Capitulum Posoniense annotatum, Tandem nobis in quindenit festi beati Mychaëlis archangeli²⁾ vnacum baronibus et nobilibus Regni in sede nostra Judiciaria conseedetibus Comes Jakus filius Nicolai Judex dicte Ciuitatis Posonyensis pro se personaliter et pro Juratis ac vniuersis Ciubibus et hospitibus de eadem cu[m]

¹⁾ 1360. augusztus 5.

²⁾ 1360. október 13.

procuratoriis litteris eorumdem ab vna, Item predictus magister Nicòlaus filius Nicolai de Hedrehuar personaliter ac Johannes filius Blasij dictus de Jaurino pro Georgio, Johanne et Mychaële filijs Stephani de eadem Hedrehuar cum procuratoriis litteris Capituli ecclesi Jauriensis partē ex altera nostrum Judiciarium adeuntes conspectum in premissa causa per ordinacionem et compositionem proborum et nobilium virorum partes suas interponencium obtenta prius nostra Judiciaria concordandi licēcia se concordasse retulerunt, et ibidem quāsdam litteras sepedicti Capituli Posonyensis Priuilegiales super ipsa eorum pacifica concordia et reformatio[n]e confectas, tenoris infrascripti nobis presentarunt, Petentes nos ut easdem de verbo ad uerbum litteris nostris Priuilegialibus inserentes facientes simulcum ipsa concordali ipsorum reformatio[n]e, acceptare, approbare, litterarumque nostrarumque Priuilegialium patrocinio confirmare dignaremur, Quarumquidem litterarum tenor talis est: Omnibus Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Capitulum ecclesie Posoniensis, Salutem in omnium saluatorem. Ad vniuersorum noticiam tam presencium quam futurorum harum serie volumus peruenire: Quod Nobilis vir videlicet Nicolaus filius Nicolai de Hedrehuar (13. b. „Heduruuhár“) magister Agazonum Reginalium et Comes Changradiensis, ac Johannes filius Blasij dictus Geuri¹⁾ similiter virorum nobilium scilicet magistrorum Čeorgij Johannis et Mychaélis filiorum (13. b. — „f. magistri“) Stephani de eadem Hedrehuar cum litteris procuratoriis honorabilis Capituli Jauriensis ecclesie, in personis constituti personaliter ab vna, et Comes Jakus filius Nicolai Judex Ciuitatis Posonyensis pro se et vniuersorum Juratorum Ciuium et hospitum similiter in personis de eadem cum sufficienti procuratorio personaliter coram nobis constitutus ab altera, Idēque magister Nicolaus oraculo viue vōcis retulit in hunc modum, quod licet ipse et fratres sui patruelis prenotati per Judicem et vniuersos Ciues annotatos ad presenciam potentis viri Comitis Stephani dicti Bubeek (13. b. „Bébeg“, 13 c. „Bebek“) Judicis Curie Regie super quadam tributaria exaccionē que ab eisdem Ciubus et hospitum vniuersitate de Posonio per loca tributorum suorum *Badak Aswani* et *Iten* vocatorum vsque modo recepte et exacte in causam attracti extitissent. Tandem viris Nobilibus et honestis interuenientibus in talem pacis et concordie vniōnem deuenientes ymo deuenerunt coram nobis istomodo: quod per specta et restita omnium Jurium libertatis predictorum Ciuium ratione dicte tributarie exaccionis bene exprimēcium iuxta collacionem libertatis a domino Rege eis datam et concessam vniuersos Juratos Ciues et hospites prenotatos cum rebus mercimonalib[us] quouis

¹⁾ Györi, lásd fent: „dictus de Jaurino“.

modo vocitatis simul saluis eorum personis exemptos per loca tributorum *Badak Aswani* et *Itten* nominatorum absque honore et grauamine seu impedimento exaccionis aliqualis tributi predictus magister Nicolaus filius Nicolai et Johannes filius Blasij dictus Geuri premissa auctoritate procuratoriali in personis prefatorum filiorum magistri Stephani libere et pacifice transituros et permansuros perpetue et irreuocabiliter committentes ymo promiserunt et commiserunt coram nobis a modo et deinceps tam in descendendo quam in ascendendo (13. b. és c. „ascendendo“) (igy) nullum penitus aliquid tributum seu tributariam exaccionem ab eisdem repetentibus (—) ymo predicti Ciues ab huiusmodi infestacione tributaria per ipsum magistrum Nicolaum et fratres suos patruelés ac posteritates eorumdem exempti perhempniter (igy) (13. b. és c. „peremptniter“) existant commoraturi, nec ulterius eosdem de premissis possint et valeant quouismodo infestare. — prout se ad premissa ijdem magister Nicolaus et Johannes filius Blasij vigore procuratoriali sponte obligarunt coram nobis. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem nostras litteras priuilegiales appositione Sigilli nostri eisdem duximus concedendas. Datum in octauis beati Mychaelis archangeli. Anno domini M^o CCC^{mo}. LX^{mo}.¹⁾ — Nos igitur Justis et Juri consonis petitionibus parcium prescriptarum favorabiliter inclinati premissas litteras dicti Capituli Posoniensis Priuilegiales de verbo ad uerbum presentibus litteris nostris Priuilegialibus inseri facientes simulcum annotata concordiali compositione in eisdem expressa, acceptamus, approbamus, presentiarumque litterarum nostrarum Priuilegialium patrocinio nostra Judiciaria auctoritate in perpetuum valere confirmamus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem Ciuibus et hospitiibus de Posonio litteras nostras Priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas. Datum in Wyssegrad, octauo die quindenarum festi beati Mychaelis Archangeli predictarum. Anno Domini M^o CCC^{mo} sexagesimo.

Pv. lt. Lad 6.—13.a. Bőrhártán; a pecsét elveszett. Hiteles másolatát a pozs. káptalan kiadta 1412. évben Pv. lt. Lad 6—13. d. Az ez okmányban megerősített káptaláni okiratnak két eredeti példánya van még a pv. lt.-ban. Egyikén a káptalan kék selyemfonalaikon — Lad 6—13.b., — a másikon bőrhártyszalagon függő pecsétje, — Lad 6—13.c., — mindenkor bőrhártán. A fent közölt szövegtől eltérések zárjelben advák 13.b., 13.c. jelöléssel. Ezeken okmányok hátratai (különböző időkből XIV—XVI. sz.) 13. a.: „Item quod Ciuitas obtinuit Jure mediante, quod dominii In hedrochwarc non debent tributum recipere a Posoniensibus In Wodak aswan et in alijs locis (XV. század eleje).” 13. b.: „super tributum in Wodak (XV. sz.). V. Quod in Bodog et Hederwar Posonienses exempti sint a tributo (XVI. sz.).” — 13. c.: „ex parte tributi Hederwara (XIV. sz.).”

8.

1366. Visegrád, január 6. Lajos király a pozsonyi polgárok vámmentességét újból ünnepélyesen megerősíti.

*Lodovicus dei gracia Rex Hungarie fidelibus suis, vniuersis Prelatis, Baronibus, Comitibus, Castellanis, Officialibus [Nobilibus] et possessio-natis hominibus tributa tam in terris, quam super aquis habentibus, nostrisque et eorumdem tributarijs, ad quorum noticiam presencium perueniret continencia, Salutem et graciām. Noueritis, quod Jakus [helyett: Jacobus] Judex Ciuitatis nostre [C. n. hiányzik] Posoniensis in sua, et vniuersorum Ciuium ac hospitum nostrorum eiusdem Ciuitatis [e. C. helyett: de eadem personis], exhibuit nobis quasdam litteras priuilegiales quondam excellentis principis domini Karoli regis hungarie genitoris [helyett: patris] nostri karissimi, In quibus inter cetera [expresse] vidimus contineri, Quod idem (igy) [helyett: ijdem] Ciues et hospites nostri Posonienses [P. hiányzik] de *vinis, frugibus, et auensis, ac alijs victualibus* ipsorum, tam in *Nauibus, quam in Curribus usque Ciuitatem nostram visegradensem* [u. C. n. v. helyett: vsque Wissegrad] deferendis, tributum, uel aliquam tributariam exaccionem nullas (igy) in Regno nostro dare et soluere [helyett: persoluere] tenerentur, sed ab omni tributaria solucione [helyett: exaccione] premissa absoluti haberentur et exempti, vnde cum nos prefatos fideles nostros Ciues de Posonio in eisdem libertatibus per prefatum predecessorem nostrum ipsis datis et concessis pacifice et indempniter uelimus conseruare, Ideo fidelitati vestre firmo regio sub edicto damus in mandatis, quatenus, dum prefati Ciues et hospites nostri Posonienses uel alteri ipsorum cum vinis, frugibus et Auenis, ac alijs victualibus ipsorum ad loca tributorum uestrorum vsque visegrad presencium testimonio deferendis peruenirent, ab eisdem nullum tributum, nullamque tributariam exaccionem petere uel recipere aut [exagere seu] exigi facere presumptatis, sed eodem pacifice transire et abire permittatis, Saluis premissis eorum rebus et personis, Secus, sicut nostram grauissimam indignacionem incurrire formidatis facere non audientes in premissis. Datum In visegrad in festo Epiphanie Domini Anno eiusdem Millesimo CCCmo LXmo Sexto, prout in alijs litteris nostris priori Sigillo nostro autentico consignatis premissa videbitis plenius contineri Datum vt supra.*

Pv. Lt. Lad. 6—11 1/1. — Bőrhártyán, a hátlapon a király nagy pecsétjével. Az eredeti másodpéldány (Lad. 6—11 1/2.) szövegének eltérései [] között advák.

9.

1371. Visegrád, julius 12. Lajos király vám- és harminezadmentes-ségben részesít a pozsonyi polgárságot.

Lodouieus dei gracia Rex Vngarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis vniuersis prelatis Baronibus Comitibus Castellanis Nobilibus ac alijs cuiusuis status et condicione bominibus tributa vbiliter super fluo Danubij *infra Posonium et Budam inclusiue specialiter autem in Rayka, in Bodog, in Keralzyget, in Comaron, in Nezzmil, in Strigonio, in Zub, in Wissegrad et in Veteribuda* habentibus, nostrisque et eorumdem officialibus et tributarijs Item tricesimatori suo ipsiusque vices gerentibus quibus presentibus ostenduntur Salutem et graciam. Cum nos fidelibus nostris vniuersis Ciibus ac hospitibus de Posonio per alias litteras nostras vigorosas annuerimus gracie vt ipsi et eorum quilibet super dicto fluvio Danubij a prefata Civitate Posoniensi ad memoratam Civitatem Budensem quilibet *victualia vtputa triticum, Silinginem, Auenam, vinum, fenum et alia quecumque victualium genera*, prout hec in litteris eorum priuilegialibus per nos eis gracie concessis lucidius continetur, et exprimitur, *in nauibus seu Carrinis* ducere valeant atque possint libere et sine tributi ac tricesime solucione quociens fuerit oportunum. Ideo nos paupertatibus et inopijs eorumden Ciuium et hospitum, presentim propter combustionem ipsius Ciuitatis que perpessi sunt, pie et misericorditer compacientes, ipsam, et eandem gracie *eis* duximus innouandam atque approbandam. Mandamus igitur vestre vniuersitatis fidelitati firmissimo Regio sub edicto, quatenus deinceps a perfatis Civibus nostris Posoniensis et eorum quilibet(,) dum et quociens cum *nauibus seu Carrinis* suis huiusmodi victualibus oneratis et repletis Ad loca vestra tributaria et tricesimalia presencium testimonio peruerenterint(,) nullum tributum nullamque tricesimam recipere seu exigi facere, aut eos et eorum quemlibet quoquimodo impedire presumatis(.) Sed ipsos pocius permittatis simulcum huiusmodi Nauibus seu Carrinis cum premissis victualibus oneratis ipsarumque ductoribus presencium videlicet exhibitoribus per ipsa loca vestra transire libere et sine alicuius tributi et tricesime solutione ac absque quolibet impedimento tocienis quociens fuerit oportunum(.) Secus sicut indignacionem Regiam grauiter incurrere formidatis facere non ausuri. Si qui vero ex vobis ausu temerario huiusmodi litteras nostras in aliqua sui parte vilipendere attemptauerint, tales, cum per dictos Ciues vel eorum alterum de hoc fuerimus informati, taliter puniri faciemus, quod eorum pena, similia attemptare volentibus certum transeat interiorem. Datum ibidem in Wissegrad sabbato proximo Ante festum beate Margarete virginis et martiris Anno Domini Mmo CCCmo LXXmo primo,

Pv. lt. Lad. 8—11/a. — Börhártván, a kir. kisebb pécsetjével.

1371. Visegrád, deczember 6. Ifjabb Erzsébet királyné Paruus László, manigai tiszviselőjét eltiltja a pozsonyi polgárok megvámolásától.

Elysabeth dei gracia Regina Junior Hungarie Polonie Dalmacie etc.
fidelis suo magistro Ladislao paruuuo Officiali de Maniga Salutem et
graciam Refert nobis noster fidelis magister Jacobus Iudex Posoniensis
sua ac ceterorum suorum Conciuium et hospitum Posoniensium quod
vos in tenutis ac tributis nostris sub nostro Officiolatu existentibus contra
libertatem ipsorum per Dominum nostrum Regem conthoralem carissimum
eisdem graciouse concessam tributum ac tributariam exactionem super
ipsos exigentis et exigi facientis in grande prejudicium ipsorum et
derogam. Quare fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quoquis in
dictis nostris tributis ab eisdem nullum tributum nullamque tributariam
exactionem petere recipere et exigere presumpnatis donec aliud a
domino Rege uel a nobis habueritis de premissis in preceptis symo si
ab aliquibus ipsorum receperissetis eisdem plenarie et in specie restituatis.
Et aliud in premissis nostris mandatis non facturi presentes autem post
lecturam reddi mandamus presentanti. Datum in vissegrad In festo beati
Nicolai confessoris Anno domini Mino CCCmo LXXmo primo.

Lad. 6-57. Papiroson, a királyné gyűrűs pecsétjével.

1375. Pozsony, junius 8. A pozsonyi káptalan a királynak jelenti, hogy köpcesényi Mihály óvári várnagy a pozsonyi polgárok megvámolását a királyi ember és a káptalan tiltakozása ellenére abba hagyni nem akarja.

Kivül: Domino Regi

pro yniuersitate Ciuium et hospitum Ciuitatis Posoniensis contra
magistrum Mychaelem de Kweche Castellatum de Owar super facto
interius expresso.

Rescriptionales.

Belül: Excellentissimo principi Domino eorum Domino Lodovico
dei gracia Illustri Regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. Capitulum,
ecclesie Posoniensis oracionum suffragia deuotarum. Litteras magnifici
viris Comitis Jacobi de Scepus Judicis Curie vestre Annuales pro Ciui-
tate vestra Posoniensi nobis directas honore quo decuit noveritis nos
recepisse et petitionibus eiusdem nobis in eisdem litteris suis amicabi-
liter porrectis diligenter annuentes, vnacum Johanne de Luche
Homine vestro in ipsis litteris amicabilibus nominato expresse, nos

trum hominem fidet dignum magistrum Paulum notarium ac socium et concanonicum nostrum ad infrascriptam exhibitionem vestrarum litterarum graciosarum secreto sigillo vestro consignatarum formam libertatis eiusdem Civitatis In facto tributi in se contiencium magistro Mychaëli de Kuche Castellano de Owar faciendam pro testimonio duximus destinandum. Qui demum exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt quod ipsi feria quarta proxima ante festum Penthecostes proxima preterita¹⁾ ad prefatum magistrum Mychaelem in dictam villam Kuche accedendo easdem litteras vestras sibi presentassent quibus visis et preceptis continencijs eorumdem [ad]²⁾ idem magister Michael ipsis taliter respondisset quod licet sibi vestra excellencia de non exactione tributi super homines (ig) de Ciuitate Posoniensi — tamquam alijs in vestro Regno tributa habentibus preeipiendo mandaret litteris in eisdem Tamen quia vestra sublimitas sibi verbotenus facie ad faciem commisisset vt nullis litteris vel nuncijs vestris de facto tributi loquentibus nisi verbis vestre maiestatis facie ad faciem proferendis et committendis fidem adhibere deberet vnde ipse quousque verba vestre maiestatis ore tenus prelata procipet in premissis super eosdem homines Posonienses ipsum tributum exigere non obmitteret aut exigi facere more consueto non cessaret Datum tercio die termini exhibicionis litterarum prenotati Anno Domini Mmo CCCmo LXXmo quinto.

Papiros. A képtalan és a királynő becsétjével Pv. lt. Lad. 6—13/x

12.

1375. Pozsony, junius 15. A pozsonyi képtalan hasonlóan jelentést tesz a Héderváriaknál junius 13-án megéjtett eljárásáról.

Kívül: Domino Regi — pro vniuersitate Ciuum et Hospitium Ciuitatis Posoniensis contra magistros Jacobum Mychaelem et Johannem de Hedrehvar super facto intrascripto — rescriptionales.

Belöl: Excellentissimo principi domino eorum, domino Lodouico dei gracia Illustri Regi Hungarie Polonie Dalmacie etc. Capitulum Ecclesie Posoniensis oracionum suffragia devotarum, litteras magnifici viri Comitis Jacobi de Scepus Judicis Curie vestre Annuales pro Ciuitate vestra Posoniensi nobis directas. Honoore que decuit noueritis nos recepisse, et petitionibus eiusdem in eisdem litteris suis amicabiliter porrectis diligenter Annuentes vnam Johanne filio Mychaelis de Konderus homine vestro in ipsis litteris Annualibus in nominato expresse.

¹⁾ 1371. junius 6.

²⁾ Törölve.

nōstrum hominem fidēignum magistrum Anthonium sōciūm et cōcā-nōniēum nōstrum ad inscriptam exhibicionem vestrarum litterarum graciōsarum secreto vestro sigillo consignatarum, formā libētatis eiusdem Ciuitatis in facto tributi in se continēcium, magistris Jacobo Mychaeli et Johanni de Hedrehvar faciēdam pro testimonio dūximus destinandūm. Que (igy) demum exinde ad nos reuersi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quarta proxima post festum Penthecostes¹⁾ proximē preteritum Ad prefatos magistros Jacobum Mychaelem et Johanneū in dicta villa *Hedrehvar* accedendo easdem litteras vestras ipsis p̄sēntassent. quibus visis et perceptis cōtinēcij earumdem, respondissent istomodo quod licet vestra excellentia pro non exāccione tributi super homines de Ciuitate Posoniensi ipsis tamquam alijs in Regno vēstro tributa habentibus precipiēdo litteris in eisdem, ac tañen, quōusque vestra maiestas ipsis vērbotenus precipit de p̄missis, ipsum tributum super eodem homines de Pošonio (igy), quemadmodum [a] hactenus. [et] recipi et exigi facera non cessare(n)t, Datum tercio die termini exhibicionis litterarum prenotati. Anno domini Mmo CCCmo LXXmo quinto.

Pv. It. Lad. 6—13/k. — Papiros; rajta a káptalán és a királyné pēsétjei.

13—16.

1375. Visegrád, junius 27. Erzsébet királyné négy rendelete, a melyben a pozsonyi polgárok megyámolását tiltja.

a)

Nos Elisabeth dei gracia Regina Hungarie Polonie Dalmacie etc. vobis fidelibus nostris magistris Jacobo Mychaele et Johanne (igy) nobib⁹ de *Hedrehvar* mandamus firmissime et districte, quatenus, ciues nostros Posonienses in illa gracia seu libertate, quam ipsis dominus et consors noster Karissimus Dominus Rex Lodowicus de non solucione tributi p̄p̄r suas speciales litteras fecisse dinoscitur nōn disturbatis, sed ipsis ciues nostros iuxta regium mandatum liberos in solucionē tributi vbiq̄e per vestras jurisdicciones et loca tributorum vestrorum tam in terra, quam in aqua habere debeatis et aliud sub pena Regie indignacionis facere non ausuri, *Sciatis enim quod nos non multum contentes fuimus de responsione vestra illa videlicet quam vos coram homine regio et sub testimonio capituli Posoniensis ad litteras regias per eosdem vobis presentatas fecistis*, Nam si vos de cetero litteras regias vel nostras Reginales acceptare non curabitis circa pro certo sciatis, quod regia

¹⁾ 1375. junius 13.

gracia de talibus bene aliter deliberavit et disponet.. Datum in Wissegrad in festo beati Ladislai Regis. Anno Domini M^o CCC^o Septuagesimo quinto — Presentes autem post lecturam reddi inbemus presentanti. Datum vt supra.

Lad. 6—19/b. Papiros; a királynő gyűrűs pecsétjével.

b)

Nos Elisabeth dei gracia Regina Hungarie polonie Dalmacie etc. vobis vniuersis tam nostris regalibus scilicet et reginalibus officialibus et tributarijs, quam alijs quibusunque Honores videlicet et proprias possessiones habentibus et tributa in eisdem tenentibus ad quos presentes deuenerint mandamus firmissime et discreta ore volentes, quatenus ciues nostros Posonienses in illa gracia seu libertate, quam ipsis dominus et consors karissimus dominus rex Lodowicus de non soluzione tributi per suas speciales litteras fecisse dinoscitur, non disturbetis Sed ipsos cives nostros iuxta regium mandatum liberos in solucione tributi vbique per vestras jurisdicções et loca tributorum vestrorum tam in terra, quam in aqua habere debeatis, et aliud sub pena Regie indignacionis facere non ausuri, nam quicunque ex vobis regia aut nostra mandata seu litteras in talibus vel in alijs acceptare et eis obedire non curarent, tunc sciatis procerto quod regia celsitudo de talibus bene aliter deliberare et disponere intendit, Presentes autem post lecturam reddi mandamus presentanti. Datum in Wissegrad in festo beati Ladislai regis Anno domini M^o CCC^o LXX^o quinto.

Lad. 6—53. Papiros, a királynő gyűrűs pecsétjével.

c)

No: Elisabeth die gracia Regina Hungarie Polonie Dalmacie etc vobis fidelibus nostris magistro videlicet Johanni filio Thome Comiti Bokoniensi vestrásque vices circa domum gerentibus mandamus firmissime et districte, quatenus ciues nostros Posonienses in illa gracia seu libertate quam ipsis dominus et consors noster Karissimus dominus Rex Lodowicus de non solucione tributi per suas spéciales litteras fecisse dinoscitur, non disturbetis, Sed ipsos ciues nostros iuxta Regium mandatum liberos in solucione tributi vbique per vestras Jurisdicções et loca tributorum vestrorum tam in terra quam in aqua habere debeatis, et aliud sub pena regie indignacionis facere non ausuri. *Sciatis enim quod nos non multum de eo contentamur, vt vos litteras et mandata Regia non acceptatis et alijs in talibus casibus datis malum exemplum, presertim cum vos magister Johannes sitis de consilio et vnus de caporalibus familiaribus domini nostri Regis.* Datum in Wissegrad in

die beati Ladislai Regis Anno Domini M⁰ CCCmo Septuagesimo quinto
Presentes aut post lecturam reddi iubemus presentanti dat utsup.

Lad. 6—52. Papiros; a királyné gyürűs pecsétjével.

d)

Elizabeth die gracia Regina hungarie. polonie. dalmacie. etc. fideli
suo Hermichaeli¹⁾ de *Kwchche*, Salutem et graciam, Significant nobis
fideles nostri Ciues posonienses, Quod vos litteras domini et consortis
nostri Karissimi. domini Lodovici Regis Hungarie etc. super facto non
solucionis tributi, pro eisdem Ciuibus generaliter loquentes, et vobis
prout ceteris regnicolis nostris tributa habentibus, presentatas, acceptare
minime curassetis, asserentes, vobis fore per maiestatem regiam
commisum, vt in facto tributi, nec litteras nec nuncios sue maiestatis,
nisi proprij oris eiusdem fassionem an relacionem, curare deberetis,
quod et in litteris Capituli Posoniensis ipsi domino nostro regi rescrip-
tionalibus vidimus contineri, vnde cum nos de tali regia commissione
multum dubitemus, miramur quare estis ausi, et litteras regias ac
mandata non acceptare, et alijs dare exemplum de regij mandati non
acceptacione, volentes et fidelitati vestre firmissimo reginali sub precepto
mandantes, quatenus inantea cassetis de audacia tali, litterasque regie
Maiestatis et mandata, tam pro prefatis Ciuibus nostris, quam pro alijs
factis vobis dirigendas et presentandas, acceptare et eis fideliter parere
studeatis, tributum super possessionibus, iuxta regie maiestatis edictum
recipere de cetero non audendo alioquin regia celsitudo bene aliter de
tali facto deliberauit et disponet, presentes autem reddi mandamus
post lecturam presentanti. Datum Jn wissegrad. die beati Ladislai regis,
anno domini M⁰ CCCmo LXXV⁰.

Pv. lt. Lad 6—19/c. — Papiroson, a királyné gyürűs pecsétjével.

17.

1375. Pozsony, augusztus hava. A pozsonyi káptalan a királynak
bejelenti, hogy Köpcsényi Mihály a pozsonyi polgárok vámmentességét
a jövőben tiszteletben akarja tartani.

Serenissimo principi Domino Lodouico Dei gracia Illustri Regi
Hungarie Polonie Dalmacie etc. Capitulum Posoniensis ecclesie oracionum
suffragia deuotarum. Litteras Serenissime principisse Domine Elizabeth
[d] eadem gracia Regine Hungarie Polonie Dalmacie etc. consortis
vestre Karissime suprema reuerencia noueritis nos recepisse in hec

¹⁾ Igy írva.

verba : Elizabet dei gracia Regina Hungarie Polonic Dalmacie etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Posoniensis, Salutem et graciam. fidelitati vestre seriose mandamus quo quis vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum quo presente Johannes filius Mychaelis de Kendorus homo regius alias litteras nostras, vnam videlicet Hermichali de Kuche, aliam vero nobilibus de Hedrehuar, et terciam magistro Johanni filio Thome, pro Ciibus nostris Posoniensibus, super facto tributi loquentes, vobis cum presentibus exhibendas, eisdem portet et presentet. Et tandem quicunque ipsi visis huiusmodi litteris [vestris] nostris fecerint vel responderint hoc regie maiestati fideliter rescribati. Datum in vissegrad in die beati Ladislai regis Anno Domini Mmo CCCmo LXXmo quinto. — Nos itaque mandatis eiusdem domine nostre Regine, nobis in eisdem litteris suis seriose iniunctis obediare volentes ut tenemur vnam prescripto Johanne filio Mychaelis de Kendorus homine vestro nostrum hominem fide dignum magistrum Anthonium socium et concanonicum nostrum Ad exhibicionem predictarum litterarum magistro Mychaeli dicto Her de Kuche faciendam pro testimonio duximus destinandum Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis vni formiter retulerunt. quod predictus magister Mychael de Kuche visis et perfectis ipsis litteris domine nostre regine ad continenciam earumdem taliter respondisset quod ipse mandatis vestris et Dictae Domine Regine in ipsis litteris sibi iniunctis ut tenetur obediendo, iuxta formam libertatis dictorum Ciuium vestrorum de Posonio. A tempore visionis litterarum vestrarum graci sarum, nunquam ab hominibus de posonio eorumque mercibus in suis tributis aliquas exacciones tributarias peti vel [exh] exigi facere voluisse, neque deinceps exigi facere vellet ab eisdem, sed iuxta mandatum vestre et reginalia excellencie eosdem Homines de Posonio cum eorum equis et alijs mercimonis semper et ubique in suis tributis illesos pacificos et indemnes suis tributariis abire permitti precepisset. Datum tertio die termini exhibicionis predictarum litterarum¹⁾ Anno Domini Supradicto.

Lad. 6—13/u. — Papiros, a káptalan pecsétjével.

18.

1376. Buda, március 6. Lajos király megtiltja a győri káptalannak, gönyöi Jánosnak és a Héderváriknak, hogy a pozsonyi polgárok vámentességi kiváltságát győri, óbudai és öttevényi vámhelyeiken meg sértsék.

Lodowicus dei gracia Rex Hungarie Polonie Dalmacie etc. fidelibus suis Capitulo ecclesie Jauriensis, Item magistris Johanni filio Thome

¹⁾ Az exhibitió napja azonban nincs kiírva.

de *Gunyw*; Nicolao filio Nicolai, Jacobo et Johanni filijs Hedrici, Georgio et Mychaeli filijs Stephani de *Hedruhuar*, Salutem et graciam. Dieunt nobis fideles ciues nostri de Posonio, quod vos ipsos a festo sancti Mychaelis Archangeli proxime preterito in tributis vestris in *Jaurino*, in *Abuda*,¹⁾ et in *Wtheuen*, exigi consuetis in pluribus eorum vijs ad solutionem tributorum, perquam plurimum pignorum, seu vagiorum recepciones, ac aliorum molestiarium et turbulacionium illaciones compulissetis et compellere in posteris intenderetis, contra ipsorum libertatem, vnde cum ipsi Ciues nostri Posonienses antiqua ipsorum libertate, a vijs nostris progenitoribus eis data et concessa per nos eciam innouata et confirmata, requirente, a soluzione cuiusvis tributi vblibet in regno nostro, sic et fidelitate augeantur, nobisque fructus honoris perueniat ex eisdem in huiusmodi et eciam alijs eorum libertatibus, illese velimus conseruare Fidelitati vestro firmissimo regia sub edicto precipientes mandamus, quatenus, visis statim presentibus, omni occasione et excusacione proculmotis, omnia predicta vagia seu pignora, in dictis tributis per vos, vel vestros recepta, eisdem Ciuibus nostris sine aliquali dampno reddere et restituere ac reddi et restitui facere debeatis, deincepsque eosdem ad solutionem alicuius tributi in locis dictorum tribotorum vestrorum faciendam minime compellere audeatis. Secus, sicut nostram regiam graciam grauiter offendere formidatis facere non ausuri in premissis. Presentes post lecturam reddi inbemus presentanti. Datum Bude feria quinta proxima ante Dominicam Reminiscere Anno Domini M⁰ CCC⁰ LXX⁰ sexto.

Pv. Lev. Lad. 6—13. l/1. —

19.

I384. Buda, május II. — Ákos mester györi és királyszigeti vámszedőjének megtiltja, hogy a pozsonyi polgároktól vámot beszedjen.

Magister Akus filius Ste(pha)ni (?) filij Mykch quondam Bani Comes Albensis | Tibi Tributario nostro de Jaurino et de kyralzyge presentibus declaramus, quod nobis per Ciues Posonienses extitit querulose intimatum, quomodo tu eos pridie in tributo kyralzyge contra ipsorum libertatem impediisses, et continue in nostris tributis indebite impedires, ymo vnum pancerium seu loricam ipsorum ab eis recepisses | cum tamen | nobis et per consequens tibi ad aliquod tributum non sint astriicti. Super quo precipio tibi firmiter per presentes, quatenus, amodo et deinceps ipsos ciues contra ipsorum consuetudinem in nullis tributis

1) Abda.

nostris impeditre seu molestare audeas | ymo pancerium seu loricam eis
receptum sine difficultate eisdem reddas | Et aliud nequaquam facere
ausurus. Et hoc idem precipimus vniuersis nostris tributarijs sub nostra
dicione vbilibet constitutis Dantes eis similibus sub preceptis. Presentes
autem vbique reddi volumus presentanti post lecturam | Datum Bude
feria sexta proxima post festum beati Stanislai martiris, Anno domini
M^o CCC^o LXXX^o quarto.

Lad 6—69. — Papiros reányomott kis zöld pecséttel

20.

1389. Buda, szeptember II. Zsigmond király a pozsonyi polgárok
vámmennességét, különösen Györ, Hédervár és Komárom vámhelyek
tulajdonosaival szemben, megerősíti.

Sigismundus dei gracia Rex Hungarie Dalmatiae Croatiae etc. ac
Marchio Brandenburgensis etc. fidelibus suis vniuersis Tributarijs nostris
et aliorum quorumcunque vbilibet in regno nostro constitutis et signan-
ter in Jaurino in Hedrehwar et in Komaron existentibus, quibus pre-
sentes ostenduntur. Salutem et gratiam. Refertur maiestati nostre pro
parte fidelium Ciuium et populorum nostrorum de Posonio, graui cum
querela, quod licet per alias litteras nostras, nostris fidelibus prelatis
Baronibus Comitibus Castellanis et Nobilibus tributa tam in terris quam
super aquis vbique in Regno nostro habentibus et tenentibus, ac vobis
firmiter mandauerimus, quod de rebus ipsorum mercimonalibus, et earum
conductoribus, tributariam solucionem exigi non permetterent nec vos
ipsam solucionem recipere seu exigere deberetis, tamen ipsi in locis
tributorum per nonnullos ex vobis, qui ipsas nostras litteras et nostra
mandata paruipendunt, impedirentur et molestarentur, indesesse, ratione
solucionis tributi, quod ab ipsis recipere velletis, ac continue ab eis
postularetis, Cumque eosdem Ciues et populos nostros de Posonio in
libertatibus et prorogatiuis, ipsis per nostras predecessores Reges Hun-
garie attributis et concessis, ac per nostre maiestatis litteras, confir-
matis, velimus illibate permanere, fidelitati igitur vestre, iteratis vicibus
firmo precipimus regio sub edicto, quatenus a prefatis Ciibus et populis
ac Nautis de Posonio, dum ijdem ad vos et loca tributorum vestrorum
pervenerint, nullum tributum nullamque tributariam solucionem exigatis,
nec de rebus ipsorum mercimonalibus recipere aut exigere debeatis.
Et aliud sub optentu nostre gracie non facturi presentes autem per-
lectas reddi iubemus presentanti, Datum Bude Sabbato proximo
post festum Nativitatis beate Marie virginis gloriose Anno domini
M^o CCC^o LXXX^o Nono.

Pv. lt. Lad. 6—6.

21.

I430. Pozsony, március 3. Hédervári Lörincez bodaki, hédervári és nagyúti vámszedőit a pozsonyi polgárok megvámolásától eltiltja:

Laurencius de Hedrehwar Agazonum Regalium magister, necnon Comanorum et philisteorum Comes | vniuersis et singulis Tributarijs nostris et signanter in *Bodak Hedrehwar predicta et Nagwth* | constitutis et existentibus ad quos presentes nostre littere peruenerint | Salutem et dilectionem nostram | (—) proposuerunt nobis | prouidi viri Judex et Jurati ciues Ciuitatis Posoniensis, in eorum ac vniuersorum Ciuium et Mercatorum Ciuitatis eiusdem personis gravi cum querela, quod vos | in locis dictorum tributorum nostrorum contra libertatis eorum prerogatiuam, qua a diuis Regibus Hungarie sveti sunt | ad dandum tributum de personis rebusque et bonis ipsorum mercimoniaibus compelleretis | Volumus igitur et vestris dilectionibus firmissime precipimus et mandamus | quatenus dum quando aut quocienscumsque (igy !) prefati Ciues Mercatores aut eorum alter cum rebus et bonis ipsorum mercimoniaibus ad dicta nostra tributa pervenerint | eosdem libere et secure ac sine omni tributaria solucione et exacione | pertransire permittatis et permitti faciat Cauentes tamen et perspicaciter revidentes, ne ipsi Ciues Mercatores, aut alter eorum | aliquem seu aliquos | extraneum seu extraneos cum rebus mercimoniaibus proficiscentes sub spe et fiducia huiusmodi tacite ac sub silencio secum deducere vellet seu vellent, Extunc vbiicumque huiusmodi Transgressores reperire poteritis, Taliud res et bona quas et que apud taliud Transgressores repertis et Inuenta fueritis nobis auferre et retinere | ac personam seu personas excedencium vincos Judici et Juratis Ciubus prefate Ciuitatis Posoniensis transmittere debeatis Aliud non facturi | presentes eciam post earum lecturam reddi volumus presentanti | Datum in Civiitate Posoniensi predicta feria Sexta proxima ante dominiciam Inuovavit Anno domini M^o CCC^o tricesimo.
(Bőrhártyán, Hédervári Lörincz pecsétje alatt.)